



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.**

**Bredenbach, Tilmann**

**Coloniae, 1584**

**VD16 B 7375**

14. De Ætnae montis & Heclæ terribilibus incendijs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

## CAP. XIII.

**V** Valterus de Mere vir nobilis, satelles Caroli V. Imper. cū aliquando nauigaret ad partes Boreales Islandiam versus secundo vento, vidit nauim ex aduerso ferri, itidem secundo vento, atque in puppi illius quoddam monstrum instar hominis nigerimi, tanquam nauarcham constitutum. Cumque nauta huius walteri pro more acclamaret, quid mercium ueherent, & quorsum tenderent, respondit dæmon alterius nauis detector, Nos uehimus Archiepiscopum N. nominando ciuitatem in qua fuerat Archiepiscopus, & tendimus ad montem Heclam. Quo audito V Valterus iste totus contremuit, & vitæ suæ rationes subducere incipiens, cū primū Leidam Hollandiæ reuersus est, amplexus est institutum D. Francisci, ibidē sub patre V Wilhelmo Delphensi professus, ( qui hæc domi meæ in plena mensa multis honestissimis uiris assidentibus exactè narrauit ) & postmodū Dordraci sepultus est.

*Laurentius Surius in Chronicis sub annum 1537. adducēs Trogū li. 4. & Strabonem. De Æthne mōtis & Heclæ terribilibus incēdijs.*

## CAP. XIV.

**A** Nno 1537. mense Aprili Aetna mons Siciliæ, materia plenus sulphurea, quam humida gignunt nutrimenta, ingentem ignis massam euomuit, quæ non repentino, sed passim decidens, colles, nemora, saxa rupes,

pagosque duos, (nam multos ille mons agros  
 complectitur,) flammis vastavit. Eius mons  
 ignis sulphureus, interdum obscurum & ful-  
 nigrum, noctibus verò prorsus horrendum  
 spectantibus ostendit. Feruntur in sum-  
 vertice mirabiles esse mutationes, interdum  
 erumpente ingenio flumine, aliquando vel  
 ma, vel obscuro fumo. Id verò summam  
 admirationem, quod illius ignis calor, ne  
 frigus depellere, neque villo frigore tempo-  
 ri potest. Verisimile est quicquid dicant  
 philosophi, ijs in locis quaedam esse Tartari  
 aut loca puniendis animabus destinata, quae  
 admodum etiam in Islandia insula, quae in O-  
 ceano sita, aestivo solstitio noctem nullam  
 mali nullum diem habet, mons est, Occiden-  
 tem versus, Hecla dictus, à quo non longè  
 sunt fodinae sulphuris, quod inde copiosè  
 mè plenis manibus euehitur. Mons ille  
 furit, haud secus atque horrenda tonitrua  
 sonat, projicit ingentia saxa, sulphur cum  
 cineribus egestis terram circumcirca tam  
 gè operit, vt ad vicesimum lapidem vel  
 are coli non possit. Sunt ibi multae voragine  
 ita cineribus operta, vt vix evitari possint  
 illis, qui vt eius incendij naturam explore-  
 propius montem accedunt, è quibus plerum-  
 viui à voraginibus absorbentur. Emergit  
 ignis quidam, qui aquam absumit, stuppam  
 absumit. Visuntur illic mortuorum spirita  
 qui in nota specie offerunt se familiaribus

*Hecla mōs in  
 Islandia.*

loquijs hominum, idque aded, vt adhuc viuere putentur ab illis qui eos nesciunt, vel submersione, vel alia violenta morte perijsse. (Nam tales præcipuè apparent) cum autem orant eos amici, vel noti, vt domum redeant, dicunt cum ingenti gemitu, se petere montem Heclam, ilicoque disparent. Voluit autem omnipotens Deus, eiusmodi in terris extare loca terribilia, vt certius norint mortales, quæ poenæ maneant impios post hanc vitam, & sic discant timere Deum, vt possint æternos ignes euadere.

*Petrus de Palude in Thesauru homiliarum, et Ioannes Nauclerus Chronograph. volum. 3. generat. 34. Petrus Canisius libr. 5. cap. 20. operis Mariani, Fulgosius lib. 9. ca. 12. Conrad. Lycosth. li. 12. Theatri, & quidam alij. De done Archiepiscopo Magdeburgensi, qui patrocinante D. Virgine Maria, obtinens scientia donum, & Archiepiscopatum, monitisq; D. Virginis resistens, & in Archiepiscopatu flagitiosè viuens, seuerè puniuntur.*

## C A P. XV.

**A**Nno Domini nongentesimo, quadagesimo, apud Partenopolim, id est, Magdeburg in Saxonia, contigit factum terribile nimis, inauditum à sæculis. Quod factum sic stylo veraci referam, vt omnibus innotescat, quantum malum sit in statu prælationis turpiter viuere, & patrimonium Christi, res scilicet Ecclesie, iniustè distrahere, & scandalo